

EX REBUS NATURALIBUS, ET MYSTICIS DEMOCRITI.

Natura natura gaudet: et natura naturam vincit: et natura natu- F. 5 v^o.
 ram retinet. Admirati vehementer sumus, quod breviter rem omnem
 perstrinxerit⁶¹⁾). ego autem venio in Aegyptum naturalia ferens, ut ma-
 teriam superfluam, et confusam contempnatis. Capiens Mercurium infige
 corpori magnesiae, vel corpori Italici stimmi; vel sulphuris ignem non
 experti: vel spumae argenti, vel calci vivae, vel alumini ex Melo, vel
 arsenico, vel, ut scis. et conjice terram albam Veneris, et habebis Vene-
 rem claram. flavam vero conjice Lunam, et habebis aurum, et erit chry-
 socrallum in corpus redactum. Idem etiam facit arsenicum flavum, et
 sandaracha praeparata et cinabrium, valde contusum. aes autem splendi-
 dum solum argentum vivum facit. natura enim naturam vincit⁶²⁾). Mar-
 chasitam (Pyri||tem Graece) argenteam, quam etiam sideritem vocant, F. 6 r^o.
 rege, et fac ex more, ut solvi possit. Fluet autem vel per aureum,
 vel album lithargirium, vel in Italico stimmi, et expurga cum plumbō.
 non simpliciter inquam, ne aberres. sed eo, quod est a scissili et lithar-
 girio nigro nostro, vel, ut scis, et coque, et conjice materiae flavum
 factum, et tinget. Natura enim natura gaudet. Pyritem rege, donec

⁶¹⁾ Ich habe darauf, dass dieser Satz auf Vorausgegangenes aber in dieser Uebersetzung Fehlendes hinweist, schon S. 119 f. u. Anmerk. 38 aufmerksam gemacht.

⁶²⁾ Ameilhon (Not. et extr. des manusc. — T. VI, p. 306 s.) giebt den griechischen Text des Vorhergehenden: Λαβων ὑδράργυρον, πήξον τῷ τῆς μαγνησίας σώματι ἡ τῷ τοῦ Ἰταλίκου στίμμεος σώματι· ἡ θεῖο ἀπόρῳ· ἡ ἄρροσελτνῃ· ἡ τιτάνῳ ὄπτῳ· ἡ στυπτηρίᾳ τῇ ἀπὸ Μήδον· ἡ ἀρσενίζῳ· ἡ ὡς ἐπινοεῖς· καὶ ἐπίβαλε λεύχην γαλαν χάλκῳ, καὶ ἔξεις χάλκον ἀστίστον· ξανθίῃ δὲ ἐπίβαλε ὁργέων, καὶ ἔξεις χρίσον· χρυσῷ καὶ ἔσται χρυσοσόλαλλος σωματωθεῖσα· τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖ καὶ συνθαράχῃ ξανθόν· καὶ ἀρσενίζος οἰχονομηθεῖσα· καὶ κινάβαιος πάντι ἡ ἐπατραρεῖσα. Τὸν δὲ χάλκον ἀστίστον, μόνη ἡ ὑδράργυρος ποιεῖ· ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ. Unter γαλαν χάλκῃ ist nach ihm ein weisses, Kupfer in Silber verwandelndes Pulver, unter γαλαν ξανθῇ ein gelbes oder rothes, Silber in Gold verwandelndes Pulver zu verstehen, welches letztere Gold zu Goldtinctur umwandle; Goldtinctur (der später so genannte Stein der Weisen) sei unter χρυσοσόλαλος und dem nachher noch vorkommenden Worte χρυσονογχύλιον, Goldpurpur, verstanden, und er knüpft daran Bemerkungen, ob bereits damals Purpurfärbung durch Oxydation von Gold beobachtet gewesen sein möge. — Ueber das Irrige in Pizimenti's Version des oben gegebenen Receptes spricht sich Ameilhon noch a. a. O., p. 312 s. eingehender aus.

fiat incombustibilis abjiciens nigredinem. rege autem muriam, vel urina incorupta, vel aqua maris, vel oxymelite, vel, ut scis. donec fiat, ut auri ramentum incombustibile. et si fiet, misce cum eo sulphur ignem non expertum. vel alumen flavum, vel ochram atticam, vel, ut scis. et adjice Lunam per solem per auriconchylium. Natura enim naturam vincit. Claudianum capiens facias marmor, ut moris est, donec flavum fiat. Flavum reddas non lapidem inquam, sed id, quod utile est ex lapide. Flavum vero rededes per alumen ustum sulphure, vel arsenico, vel sandaracha, vel calce, vel, ut scis, et si apposueris lunam, facies solem, si vero solem, facies auri conchylium. Natura enim naturam vincens retinet. Cinabrium album facito per oleum, vel acetum, vel mel, vel muriam, vel alumen. postea flavum per misy, vel sori, vel chalcantha, vel sulphur vi-

F. 6 v^o. vum, vel, ut scis. et adjice lunam, et erit sol. || si aurum tinges, vel aes, vel electrum. Natura natura gaudet. Cypriam, Cadmiam, Zonytem inquam, dealba, ut moris est, postea flavam facito. Flavam vero rededes felle vituli, vel terebinthina, vel cicino, vel raphanino, vel ovorum vitellis, quae ipsam flavam reddere possunt. et adjice lunam. aurum enim erit ob aurum. Natura enim naturam vincit.

Androdamantem rege vino austero, vel aqua maris, vel acida muria, quae res possunt ipsius naturam infringere. solve cum stimmi chalcidonio, et rege iterum aqua marina, vel muria, vel acida muria ablue, donec abeat stibii nigredo, frigito, vel assato, donec flavescat, et coquito aqua divina illibata, et argento imponito, et cum sulphur vivum adjeceris, facias chrysozomium i. e. liquorem aureum. Natura enim naturam vincit. hic est lapis chrysites appellatus.

Capiens terram albam, a cerusa inquam, et argenti scoriis, vel stibii Italici, et magnesiae, vel etiam albi lithargyrii, dealbato aqua marina, vel muria acida, vel aqua aëria sub rore, inquam, ac sole, ut ipsa soluta fiat alba, ut cerussa. Coque igitur hanc in fornace, et adjice ipsi florem aeris, vel aeruginem rasilem arte elaboratam inquam, vel aes ustum satis corruptum, vel chalcitem, vel cyanum, adjicito, donec fiat incorruptus, et F. 7 r^o. solidus, facile autem fiet. hoc || est molybdochalicum. Experire igitur si nigredinem exuerit, sin minus, aes ipsum ne culpes, sed te ipsum potius, quoniam non recte gubernasti. ergo splendidum reddas, et solvas, et adjicito ea, quae flavum facere queant, assatoque, donec flavescat: et injice corporibus cunctis. Nam aes omne corpus tingit, ubi nitens, ac flavum fuerit. Natura enim naturam vincit.

Cum sulphure ignem non experto contere sori, et chalcanthum. sori autem, est ut Cyanus scabiosus semper in misy inventus, hoc etiam viride chalcanthum vocant. assa igitur ipsum in mediis carbonibus diebus tribus, donec fiat rubeum pharmacum. conjice Veneri, vel lunae a nobis factae,

et erit sol. hoc pone in laminas dissecum in aceto, et chalcantho, et misy, et alumine, et sale Cappadociae, et nitro rubro, vel, ut scis, per dies tres, vel quinque, vel sex, donec fiat aerugo, et tinges. solem enim facit chalcanthum ★ rubiginem. natura natura gaudet.

Chrysocollam Macedonum aerugini aeris similem rege, solvens urina juvenculae, donec convertatur. Natura. n. intus abdita est. Si igitur convertetur, immerge ipsam in oleum cicinum saepius igniens, et intingens. postea assa cum alumine, prius solvens misy, vel sulphure vivo flavum reddas, et tinge omne corpus auri. o naturae naturarum gubernatrices, o naturae sat || magnae, naturas mutationibus superantes, o naturae supra naturam naturas delectantes. Haec igitur sunt magnam naturam habentia his naturis non aliae in tinturis praestantiores, non similes, non majores. haec soluta omnia operantur. Vos ergo o sapientes non ignaros esse plane intelligo: immo admirati. scitis enim naturae potentiam. juvenes vero valde offendendos, et scripto fidem non adhibituros, eo quod materiam ipsam ignorant. non animadvertisentes, quod medici, ubi salubre pharmacum parare voluerint, non inconsiderate hoc facere moliuntur, sed prius probantes, quale nam calidum sit, ac quale, cum hoc conjunctum, mediocrem facit temperationem, sive frigidum, sive humidum, sive quocunque sit qualitatis genus, mediocrem adhibent temperationem. sed hi temere, et inconsiderate volentes parare salubrem medicinam, atque omnium morborum solutionem, non animadvertisunt se in damnum incursuros. cum enim arbitrentur nos fabulose, non autem mystice loqui, in rerum speciebus exquirendis nullam adhibent diligentiam, ut si hoc est abstergens hoc vero abisciendum. et si hoc tinetivum, hoc vero accommodandum et si hoc superficiem tingit, vel si ex superficie tintura oboletur, etiam ex imo corporis metallici evanescet, et si hoc igni resistit, hoc vero commix||tum aliquid, quod igni resistat, faciat, exempli gratia, si sal abstergat superficiem Jovis, etiam interiores partes penitus abstergat, ex si exterior pars aeruginem contrahat post abstersionem, interiores quoque idem patiantur. et si superficiem Veneris dealbat, et abstergit Mercurius, etiam interiores partes dealbet. et si extrinsecus evanescit, etiam intrinsecus fugiat. Si hisce in rebus versati fuissent, juvenes jacturam minus fecissent, judiciose ad rerum actiones animum applicantes, ignorant enim naturarum antipathias, ut species una decem permutat. gutta enim olei purpuram late commaculare, et parum sulphuris multa comburere consuevit. Haec ergo de medicinis, et quoniam pacto oporteat scripto incumbere, dicta sint.

Age vero liquores quoque deinceps referamus, capiens Rhaponticum contere in vino Amineo austero ad cerae spissitudinem, et sume laminam lunae, ut facias solem. cuius frusta sint ampla unguis latitudine, et hoc

pharmaco rursus frequentius uteris, et pone in vase vacuo, quod illiniens undique, succende sensim, donec media pars absumatur, postea pone laminam in reliquiis medicinae, et sine cum vino praedicto, quoisque succi tibi liquor appareat. huc conjice statim laminam nondum refrigeratam, F. 8 v^o. postea sine, ut ebibat, || deinde accipe eam, et pone in crucibulo, et invenies solem.

Si vero Rha sit vetustum tempore admisce ipsi elydrii⁶³⁾ partes aequales prius parans, ut moris est. elydrium enim cum Rha cognationem habet. Natura natura gaudet.

Recipe crocum Ciliciae, et relinque una cum flore croci, cum praedicto succo vitis, et facias liquorem, ut fieri solet, tinge argentum sectum in laminas, donec tibi nitens videatur. At si aerea lamina fuerit, praestantius erit, sed p(o)tius purga aes, ex more. Deinde capiens aristochiae herbae partes duas, et croci, et elydrii duplum, fac ut caeroti spissitudinem habeat, et inunges laminam, et fac ut prius, et mirabere. etenim Ciliciae crocus eandem cum Mercurio operationem habet, ut item casia cum cinamomo. Natura naturam vincit.

Capiens plumbum nostrum nitens factum per terram Chiam, et pyritem, et alumem, combure paleis, et funde in pyritem, et crocum, et cnicum, et aecumenicum florem, contere cum aceto acerrimo, et fac liquorem, ut moris est, et infunde plumbum, et sine ebibat, et invenies solem. habeat autem compositio etiam parum sulphuris vivi. Natura enim naturam vincit.

Haec ratio Heppamenis est, quam ostendit sacerdotibus Aegiptiis, et F. 9 r^o. usque ad ho||rum philosophorum tempora permanet. materia auri confiendi. ne autem miremini, si res una hujusmodi mysterium operatur. Nonne videtis, ut multae medicinae vix etiam temporis progressu possent valnera ferro illata conglutinare? at stercus humanum non longo tem-

⁶³⁾ Elydrium ist soviel als Chelidonium; vgl. das, alchemistische Kunstausrücke erklärende griechische Wörterbuch im Anhang zu Palladii de febris — — ed. J. S. Bernard (Lugduni Batavorum 1745), p. 146, auch Salmasii Plinian. Exercitationes in Solini polyhistora, Pars II [Parisiis 1629], p. 1163. In dem uns von Theophrast dem Eresier Erhaltenen botanischen Inhalts (in der Ausgabe von Schneider, Leipzig 1818 bis 1821) finde ich das Wort nicht; auch nicht bei Dioskorides (in der Ausgabe von Sprengel, Leipzig 1829 u. 1830). Dass des Stephanus Thesaurus linguae graecae (in der Ausgabe von Hase und Dindorf) es nicht enthält, kann hiernach weniger wundern. Aber auch in den Du Cange Glossarien kann man es vermissen; nur im Anhang zu dem Glossar. mediae et infimae graec. findet man die Erklärung: Ἐλίδριον, sulfur album, und ferner (wie in dem eben erwähnten Wörterbuche): χελιδωτική ἐπι [ἐπι] τὸ Ἐλίδριον; ita glossae chymiae mss. Amelion's Ansicht, dass Ἐλίδριον essence ou teinture d'or bedeutet habe und par conséquent la chéliodine ne peut être l'Ἐλίδριον; elle n'en est que le masque et l'emblème, vgl. in Not. et extr. des manuscr. — —, T. V, p. 384.

poris intervallo id praestat⁶⁴⁾. et ambustis multa adhibita medicamenta saepe nihil proderunt, plerunque dolorem nihil minuunt, calx vero sola recte parata morbum pellit⁶⁵⁾. et ophtalmiam, si varia medicamenta adhibeantur, laedere saepius solent. at rhamnus planta cum ad omnem ejusmodi aegritudinem faciat, eam optime curat⁶⁶⁾. oportet igitur contemnere vanam, et intempestivam materiam illam, sed rebus tantum naturalibus uti. Nunc vero ex his quoque judicate, quod sine predictis naturis nemo operatus est unquam. Si autem sine his fieri nihil potest, cur multarum rerum sylvam desideramus. quid nobis etiam multarum specierum concursus ad eandem rem opus est, cum res una caeteris omnibus antecellat. proinde videamus compositionem specierum, ex quibus argentum confici possit.

Argentum vivum ab arsenico, vel sandaracha, vel, ut scis, fige, ut moris est⁶⁷⁾, et admisce Venerem ferro sulphurato, et dealbabitur. idem etiam praestat Magnesia dealbata, et arsenicum sublimatum, et cadmia usta, et sandaracha ignem non experta dealbata, et cerussa torrefacta simul cum || sulphure. ferrum autem solves magnesiam conjiciens, vel F. 9 v^o. sulphuris dimidium, vel magnetis parum, nam magnes habet cum ferro affinitatem. Natura natura gaudet.

Capiens praedictam nebulam coces cum oleo cicino, vel raphanino commiscens parum aluminis. postea capiens stannum, purga cum sulphure, ex more, vel marchasita, vel, ut tibi notum est, et injice in nebulam, et miscens omnia assa carbonibus tectis⁶⁸⁾. et videbis hanc medicinam fieri psimithio similem, quae dealbat omne corpus. sed in injun(c)tionibus, admisce illi terram Chiam vel Asteritem vel Aphroselinum, vel, ut scis. nam

⁶⁴⁾ Οὐχ' ὁρᾶτε ὡς πολλὰ φάρμακα και μόλις χρόνῳ τὴν ἐκ σιδῆρου κολλήσει τόμην. χόρης δὲ ἀνθρώπον οὐ χρόνῳ τοῦτο ποιεῖ (Ameilhon a. a. O., T. VI, p. 310).

⁶⁵⁾ Nicht als das rechte Mittel bei Brandschäden sondern als das Wirkende in Aetzmitteln wäre in dem griechischen Texte der Kalk hier besprochen, wie aus folgender Bemerkung Ameilhon's (a. a. O., T. VI, p. 311) hervorgeht: Dans les cauterces, ce ne sont pas, dit-il, toutes les drogues qu'on y fait entrer qui agissent efficacement, c'est la chaux vive, et préparée comme il convient, qui produit tout l'effet: Μόνη δὲ ἀσβεστος οἰλονομηθεῖσα λέγει τὸ πάθος.

⁶⁶⁾ Παυρὸς δὲ τὸ γυτὸν πρὸς παντὰ τοιούτον ποιεῖσα πάθος (Ameilhon a. a. O., T. VI, p. 311).

⁶⁷⁾ Nach Ameilhon (a. a. O., T. VI, p. 308) heißt der griechische Text des Vorhergehenden: Περὶ ποιησεως ἀσίμουν. Υδράργυρον, ἀπὸ τοῦ ἀσενίζον, η σαρθαράχης, ή ὡς ἐπινοεῖς, πῆξον ὡς ἔθος. Vgl. oben S. 99, Anmerk. 3.

⁶⁸⁾ Anders der Sinn des griechischen Textes, wie ihn Ameilhon (a. a. O., T. VI, p. 313) mittheilt: Ποιεῖ μέγιστα, δὸς ὀπτασθαι γωσιν εἴλικτοις, c'est-à-dire, Faites le mélange et exposez-le à la chaleur d'un feu dont la flamme circule autour du vase.

Aphroselinum cum Mercurio sociatum omne corpus dealbat. Natura naturam vincit.

Recipe magnesiam albam, et dealbabis ipsam muria, et alumine, in aqua marina, vel succo citri, vel fuligine sulphuris. nam sulphuris fumus cum sit albus, omnia dealbat. Alii vero tradunt fumum etiam ramorum palmae illam dealbare. admisce illi post dealbationem fecis partes aequales, ut satis alba fiat, et capiens aeris subalbidi, orichaleci inquam unc. 4 pone in crucibulo subjiciens parum stanni prius purgati unc. 1. paulatim agitando, donec substantiae conjugantur: erit fragibile. conjice igitur albae medicinae dimidium, et erit praecipuum. magnesia enim dealbata

F. 10 r^o. non sinit, ut corpora frangantur, vel ut aeris nigredo || foras emergat. Natura naturam retinet.

Recipe sulphur album, dealbabis vero illud urina solvens in sole, vel alumine et muria salis. florebit quam candidissimum, solve ipsum cum sandaracha, vel urina juvenculae dies sex, donec medicina ad marmoris similitudinem proprius accedat. et si ita fiat mira res erit. nam Venerem dealbat, ferrum mollit, stanni stridorem tollit, plumbum candidum reddit. infrangibiles substantias, ac permanentes tinturas facit. sulphur enim sulphuri admistum divinas substantias facit. quippe cum magnam habeant inter se cognitionem. Naturae enim naturis gaudent.

Dealbatum vero lithargyrium junge cum sulphure, vel cadmia, vel arsenico, vel pyrite, vel oxymelite, ne amplius fluat. assa ergo ipsum carbonibus ardentibus luto vas muniens. habeat vero compositio etiam calcem torrefactam, et aceto imbutam per dies tres, ut majorem abstergendi vim habeat. Impone igitur ipsum factum cerusa magis album. saepe vero fit etiam flavum, si illi abunde ignis subministretur, sed si flavum fiat ad praesens tibi non proderit. nam mens est cum illo corpora dealbare. ure igitur ipsum mediocriter. et admisce omni corpori, quod dealbare volueris. nam lithargyrium si dealbatum fuerit, non amplius erit plumbum.

F. 10 v^o. facile vero fiet. || nam cito plumbi natura in multas vertitur formas⁶⁹⁾. Naturae enim naturas vincunt.

⁶⁹⁾ A meilhon (a. a. O., T. VI, p. 309) bemerkt zu dem Vorhergehenden: Voici une observation sur le plomb qui est conforme à celle que les chimistes font tous les jours sur ce même métal. L'auteur de cet ouvrage dit que, lorsqu'on se sert de litharge pour parvenir à la confection de l'argent, il faut prendre garde de l'exposer à un trop grand feu, parce qu'au lieu de devenir blanche, elle passe à l'orangé ou au rouge; c'est à dire qu'elle se convertit en minium. On remarque encore qu'il est nécessaire, que cette litharge demeure fixe et qu'elle ne se mette pas en fusion. L'auteur observe à cette occasion, qu'il n'est guère de métal qui change plus aisément de forme que le plomb: *Ταχὺ γὰρ εἰς πολλὰ μετατρέπεται ἡ τοῦ μολιβδὸν φύσις*. En effet, il ne faut qu'un degré de feu assez faible pour faire passer ce métal de l'état solide à l'état liquide. Il se réduit en chaux ou

Capiens erorum Ciliciae pone cum aqua marina, vel muria, et fac liquorem, in quem igniens immerge aeris, vel ferri laminas, donec tibi satisficiant, nam dealbantur. deinde sume medicinae dimidium, et contere cum sandaracha, et arsenico albo, vel sulphure ignem non experto, vel ut scis, et fac, ut cerae spissitudinem sumat, unga laminam, et pone in vase vacuo clauso, ut moris est, et locato in vase, ubi ramenta uruntur, tota die⁷⁰⁾, postea tollens mitte in purum liquorem, et erit albissimum aes. deinceps operare, ut artifex. nam Ciliciae crocus cum aqua marina dealbat, cum vino vero metalla flavo colore tingit. Natura natura gaudet.

Recipe lithargyrum album, et contere ipsum cum frondibus lauri, et cimolia, et melle, et sandaracha alba. et fac, ut strigmenti crassitudinem habeat, et injunge medicinae dimidium, et succende, ut moris est. immerge in reliquum medicinae. solvens aqua cineris alborum lignorum. nam miscellanea soluta bene sine igne operantur. haec liquoribus talia fiant, ut igni resistere queant. Natura enim naturam vincit.

Capiens praescriptam nebulam contere cum alumine et misy, aceto abluens ipsi adjicito || etiam aliquantulum albae cadmiae, vel magnesi, vel calcem inextinctam, ut fiat corpus a corpore, et misce cum melle albissimo, et fac liquorem, in quem ignitum quodcumque volueris, immerge. ac relinque deorsum, et siet. habeat autem compositio et parum sulphuris vivi, ut medicina pervadat, ac penetret. Natura naturam vincit.

Recipe arsenici unc. 1 et nitri unc. 1 et corticis foliorum tenellorum perseae unc. 2. et salis dimidium, et succi mori unc. 1. scissilis partes aequales. tere simul in aceto, vel urina, vel calcis inextinctae cinere, donec fiat liquor. in hunc nigricantes Veneris laminas candentes immerge et nigredinem tolles. Natura naturam vincit.

Habetis omnia, quae ad aurum, et argentum requiruntur. nihil relinquitur; nihil deest, praeterquam nebulae, et aquae elevatio. sed haec libens omisi, cum libere in aliis etiam meis scriptis pertractarim. In hoc scripto valete.

s'oxide avec la plus grande facilité; et c'est aussi avec la même facilité qu'il se revivifie et reprend son brillant métallique. — Ich gebe diese Bemerkung als Beispiel, wie man einzelne Stellen der alten alchemistischen Schrift auffassen zu können geglaubt hat.

⁷⁰⁾ Der griechische Text für das Vorstehende ist nach Ameilhon (a. a. O., T. VI, p. 311): Ποιήσον κηρωτῆς πάχος· καὶ χρόσον τὸ πέταλον· καὶ θές εἰς καινὸν ἀγγεῖον περιφύμωσας, ὡς ἔθος, θεῖς εἰς προσματοζυστην, ἡμέραν ὅλην; unter προσματοζυστη ist nach Ameilhon ein Ofen zu verstehen. Darüber, dass Pizimenti statt καινὸν ζενὸν gelesen, vgl. Ameilhon a. a. O., p. 313.